

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio am  
cum fonte primo

Non magis utilitati est ager cum redditibus  
amplis quam uicinus equalis cum moribus bonis.

Sit tibi erga singulos salsi libra sermonis  
ut te blandum pueri comitem iuuenes,  
grauem senes meciantur.

Seneca in quadam epistola.

Ilicet si horreis apothecisque seu penu impleta  
destinas illic usque ad aduentum hirundineum  
uel ciconinum Iani Numaeque ninguidos menses  
in otio fuliginoso siue tunicata quiete transmittere,  
nobis quoque parum in oppido fructuosae protinus  
amputabuntur causae morarum,  
ut, dum ipse nimirum frueris rure,  
nos te fruamur, quibus, ut recognoscis,  
non magis cordi est aut uoluptati ager cum redditibus  
amplis quam uicinus aequalis cum bonis moribus.

Sidonius Apollinaris, *Epistularum libri nouem*,  
2.14.2 (A. Loyen ed., vol.2, p.79).

Quae salsi erga singulos libra sermonis!  
Quam te blandum pueri, comem iuuenes,  
grauem senes metiebantur!

Sidonius Apollinaris, *Epistularum libri nouem*,  
3.2.1 (A. Loyen ed., vol.2, p.84).